



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1735**

**VD18 90566467**

§.II. Tentirter Vergleich durch die Erb-Verbrüderen Häuser, zwischen Cassel und Darmstadt; ist ohne effect; Der Käyserlichen Gesandten Vorschläge zu solchem Vergleich; werden von Darmstädtischer ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52129](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-52129)

1647. alias in his competente-sopito ; sed etiam Comitatus Arnsbergensis cum  
Febr. Medebach , Wintersberg & Hallenberg , ex Abbatia Fuldensi Praefecturæ  
Rokkenstuel & Fursteneck, junctis communionibus Hassiacis, nec non qua-  
tuor illa oppidula Moguntina in Hassia sita , cum pertinentijs, Superiorita-  
te, Jurisdictione & Jure Territoriali, Regalibus & Reditibus, tam Secularibus  
quam Ecclesiasticis, pleno jure in perpetuum in Successores Hassiacos trans-  
missibili; pro evacuatione autem Coloniensis & Monasteriensis Episcopatus,  
illorumque Urbium & fortalitionum extraditione, remaneat Praefectura  
Buchholtz apud Domum Hassiacam, & exsolvantur insuper 200000. Thale-  
ri Imperiales cum hac tamen expressa conditione & reservatione, unctione  
solum omnia tormenta, sive ænea sive ferrea, arma, commeatus, munitio-  
nes, ut vocant, & omnia, quæ præterea ad apparatum bellicum pertinent,  
sed ut etiam loca munita, destructis vallis & fortificationibus, in pristinum  
restituantur statum.

1647.  
Febr.

6) Jura, quæ ratione Directi Dominii in quasdam Comitatus Schaumburgici Praefecturas prætendit, vel prætendere potest Episcopatus Minden-  
fis, transeant per cessionem in Domum Hasso-Cassellanam.

7) Militibus Hassiacis eodem modo, quo Suecisis, satiat.

## §. II.

Tentirter  
Vergleich  
durch  
die Erb-Ver-  
brüdereten  
Häuser.

Anfänglich zwar , wurde Hessen-Darmstädtischer Seits gesucht , durch die Erb-Verbrüdereten Chur- und Fürstlichen Häuser , Sachsen und Brandenburg , per modum arbitrii , die Sache zum Vergleich zu bringen: Es wollte aber die Land-Gräfin zu Cassel nicht gerne in diesem modum tractandi willigen, theils , weil dieselbe sich eines bessern Successus versichern konnte , wann die Franzosen den Vergleich stiftten helfen würden, theils weil dieselbe besonders in Chur-Sachsen , wegen der genauen Bündnis- und Verwandschaft mit Hessen-Darmstadt , ein allzugroßes Misstrauen setzte, solches auch durch ihre Gesandten , auf dem Friedens-Congress deutlich declariren ließ. Endlich aber willigte dieselbe so viel ein , daß die Sachsen-Altenburgische und Coburgische Gesandten zwar gütliche Unterhandlung in der Sache pflegen möchten, jedoch, daß, im Fall solche ohne Frucht abliesse, der Regress an die Kaiserlichen und der Kronen Gesandten , reserviret bleiben sollten. Der Graf von Trautmannsdorff äußerte sowohl gegen die Franzosen, als beyder Theile Abgesandten, zu wiederholsten mahnen, wie Thro Kaiserliche Majestät den Herrn Land-Gräffen Georgen zu Darmstadt in allewege bestehen würden, weil dersel-

be Rem Judicatam & Transactionem juratam vor sich hätte: Ließ aber dennoch , zu Besförderung gütlicher Tractaten, so viel vermerken, daß, weil derjenige Theil Landes , so Herrn Land-Gräfen Georgen, pro fructibus perceptis & percipiendis adjudicaret und begeleget worden sey, größer, als der streitige Theil selbst wäre, ein Durchschnitt gemacht, und die eingeräumte, streitig gewesene Lande gleich getheilet werden könnten, auf welche Weise, Herr Land-Gräff Georg noch etwas lucire, und müsse derselbe gedencken, als wann Land-Gräff Ludewig der Ältere Kinder verlassen, oder die Reformation von dem Casselschen Theil contra Testamentum, niemahl vorgenommen worden sey. Die Schweden wollten sich auch der Sache nicht allerdings mehr , wie sie anfänglich gethan hatten, unterziehen, mit dem Vorgeben: „Wann „so nahe Bluts-Freunde in einander ge-“ riethen, wäre es, wie ein gliendes Eysen, „daran man sich verbrenne, wer es angreif-“ fe; es sey eine Sache mit vielen jura-„mentis verknüpft ic.“

Vierter Theil.

Ggg 3 Byp

1647.  
Febr.

Beyssorge, der Frankosen Unwillen daß durch auf sich zu laden, wann selbiges der Casselischen Intention zuwieder seyn würde, da doch Frankreich bey dem Pommerschen Äquivalent-Punct allerdings menagiert werden mußte: Hingegen hatten die Frankosen das Interesse von Cæs sel dergestalt ampleteirt, daß Graff Trautmannsdorff zu einem Gesandten

sagte: „Der Duc de Longueville habe mit solchem starken Eyffer vor Cæstel, in dieser Sache gesprochen, als ob solche des Königs in Frankreich Kron und Scepter beträffe ic.“

Der Käyserliche Weil jedoch auf obgemeldte der schen Gesandten Postulata eine Antwort er-  
ken Vorschläge zum Vergleich theileit werden mußte; so stellten die Käy-  
serliche Gesandten solche, nach den  
schen Satisfa- beyden Anlagen sub N. I. & II. an die-

selben aus, und thaten in specie wegen der Marburgischen Successions-Sache, einige Vorschläge zur Güte, wiwohl mit der ausdrücklichen Bedingung, daß, wann Land-Graff Georg zu Darmstadt nicht darein willigen wollte, demselben dadurch schen Sache im allergeringsten nicht præjudiciret seyn sollte.

Die Darmstädtische Gesandten Die Darm-  
aber, sobald sie sothane Vorschläge zu städtischen  
Gesicht bekommen, declarirten, wie ihr Gesandten  
Herr, der Land-Graff, solche nimmermehr bedenklich  
ratificiren würde, weil Er nunmehr mit  
hinklänglichen Defensions-Mitteln ver-  
sehen sey, bey seiner gerechten Sache end-  
lich durchzudringen: Hingegen müßten andere der Willigkeit und Rechten gemäß Vorschläge geschehen, wenn eine gütliche Handlung Platz finden sollte.

## N. I.

Dictat. Monast. d. 6. April.

1647.

Cæsareanorum Legatorum Responsio ad Legatorum Hasso-Cassellanorum Postulata,  
in specie quoad Successionem Marburgensem. d. d. Febr. 1647.

Cæsareani Domini Plenipotentiarii pro singulari Pacis promovenda studio, nihil intermittent, quo univerſa Domus Hassiaca in concordiam reduci, & Lineæ Cassellanæ in Causa Marburgensi, adversus Dominum Landgraviū Georgium, si modo posibile esset, satisfieri posuit. Quia vero de intentione Suæ Celsitudinis, & an actiones, quas adversus Domum Cassellanam prætendit, remittere, multo minus, an huic, Pacis causa, quidquam dare vel cedere velit, Dominis Cæsareanis Plenipotentiariis non constat, pro spe tamen, quam de præfati Domini Landgravii Georgii Pacis amore ha-  
bent, Legatis ipsius persuadere conabuntur, ut reservata ratificatione Prin-  
cipis sui, in sequentes conditiones consentiant:

*Primo* ut dictus Dominus Landgravius Georgius, actiones, quas contra Lineam Cassellanam, aliquot Millions auri prætendit, remittat ipsi- que valide renunciet.

*Secundo*, ut non impedit, quo minus Lineæ Cassellanæ, Confraternitatis aliaque Jura Principibus Hassiæ competentia confirmantur.

*Tertio*, ut Transactioni inter Domum Cassellanam & Comites Waldeccenses, consensum suum præbeat, & ita in hac prægravatione Domum Cassellanam sublevet.

*Quarto*, ut præterea de terris & ditionibus suis, Lineæ Cassellanæ tan- tum cedat, ut hæc exinde Viginti millia florenorum valoris Francofurtensis, singulis annis percipere possit.

Et quidem *Quinto*, quinque millia florenorum de dictis redditibus annuis per Civitatem & Praefecturam Smalkaldensem, nec non Vogtejas Herrn- breitung,

1647. breitung, Broderod, Hallenberg & Steinbach, Dominis Landgraviis Cassel-  
lanis restituat. 1647.  
Febr.

*Sexto*, præter dicta loca, cedat Domui Cassellanæ Dynastiam He-  
rensem pro octo millibus florenorum, pro qua summa eam Dominus Land-  
gravius *Philippus* in partem Appenagii sui ad mortem usque possedit.

*Septimo*, pro reliquis annuis septem millibus florenorum ceder Dominus  
Landgravius *Georgius* Domui Cassellanæ, de terris & bonis, quantum ad  
hanc summam percipiendam sufficiet, ita tamen, ut redditus & utilitates uni-  
versæ, non è præsenti statu, sed prout ante bellum præsens percipi potue-  
runt, aestimantur.

*Octavo*, ut loca illa Inferiori Hassiæ sint viciniora.

*Nono*, ne tamen quidquam circa Religionis Exercitium in locis cessis  
immutetur, sed Augustanæ Confessionis Exercitium, prout a Domino  
Landgravi *Georgio* restitutum fuit, in perpetuum inibi observetur.

*Decimo*, ut in reliquis, Sententia Cæsarea Anno 1623. super hac causa  
publicata, nec non Anno 1627. insecuta Transactio, a Cæsarea Majestate con-  
firmata, & alia Pacta Anno 1628. Casselis juramentis munita, inter utramque  
Domum omnesque ejus Principes in perpetuum inviolabiliter serven-  
tur & custodiantur, nisi quatenus per hanc novam Pacem disertè & expref-  
se, ab ea, libero Domini Landgravii consenu, recedatur.

*Undecimo*, ut hæc Compositio inter utramque Lineam, Instrumento  
Pacis Universalis inseratur, ut Domus Darmstadina ab omni petitione Li-  
nea Casselana ulteriore, in æternum secura reddatur & tuta maneat.

Hæc tamen a Domino Landgravi *Georgio*, solo Pacis amore facienda  
declaratio, Ipsi in aliis similibus Paetis juratis ac confirmatis Transactioni-  
bus præcipuis, quam cum Domo Isenburgica & Solmensi init, nullo mo-  
do præjudicet vel in exemplum trahatur, sed illa firma maneat.

Hæc Dominorum Cæsareanorum Plenipotentiariorum resolutio, Do-  
mino Landgravi *Georgio*, ute ipso ignorante facta, in nullo præjudica-  
bit, nec Ipsum obligabit, vel Juri Ipsius quidquam detrahet, nisi in eam  
consentiat.

#### Quaod punctum *Satisfactionis*.

Tametsi Domui Hasso-Cassellanæ ex parte Imperatoris & Imperii nul-  
la penitus Satisfactione debeatur, nihilominus tamen ut & hæc difficultas su-  
peretur, Sacra Cæsarea Majestas pro eo, quo fertur in Pacem studio, con-  
cedit, ut dicta Domus Hasso-Cassellana, Abbatia Hirsfeldensi, cum omnibus  
Appertinentiis usque ad amicabilem compositionem Christianæ Religionis,  
utatur fruatur: Quæ sicuti Provinciae Hasso-Cassellanæ, tam ob loci con-  
tinguam situationem, quam amplos, quibus est dorata, redditus, per quam utilis  
est & opportuna, ita Domina Landgravia Hassiæ hac declaratione con-  
tentia esto, nec ullam amplius Satisfactionem prætendar.

#### N. II.

1647.  
Febr.

N. II.

1647.  
Febr.

*Legatorum Cæsareanorum Declaratio erga Legationem Svecicam, ad Ejus Propositionem, 17. Novembr. Anno 1646. exhibitam, in puncto Satisfactionis Hasso-Cassellanae.*

Cum Legatio Suedica, cœteris suis Satisfactionis Postulatis, Sacrae Cæsareae Majestatis Legatis & Plenipotentiariis 17. Novembris, Anno superiore exhibitis, subjunxerit, ut Illustrissimæ Landgraviae Hasso-Cassellanae quoque satisficeret, juxta petitiones in propria scriptura ibidem expositas, dicti Legati Cæsarei, ut mentem suam super his, Legationi prædictæ aperiunt, re bene expensa, animadverterunt, duplicitis generis esse, quæ ibi petuntur: ALIA enim de Imperatoris duntraxat officio, authoritate & potestate dependent: ALIA vero diversos S. Imperii Principes & Status, tam Ecclesiasticos quam Seculares, singulatim concernunt.

I. Prioris generis sunt, quæ Art. 1. & 3. postulantur, scil. 1) *Amnestia Universalis* 2) *Cassatio omnium Decretorum*, Mandatorum, Executionum, Pactiorum, Transactionum, usque ad initium Belli Bohemici. 3) *Abbatia Hirsfeldensis*, non obstante cessione, pactione aut donatione alteri facta; 4) *Mannutentio juxta Pacem Religionis* cum approbatione Novæ per Hassiam introductæ Confessionis; 5) *Confirmatio Confraternitatum*.

1) Dicunt igitur Imperatoris Legati, ad *Primum Postulatum*, quod Sacra Cæsarea Majestas dictæ Landgraviæ totique Domui, tum etiam omnibus & singulis ejusdem Vasallis, Subditis, Præfectis, Officialibus, Militibus, Confiliariis, Ministris omnibusque aliis, qui tam bello quam aliter, quomodo docunque intervenerunt aut adhæserunt, plenam injuriarum omnium, tam realium quam verbalium, oblivionem concedat, ita, ut juxta Edictum Amnestie in Comitiis Ratisbonensibus Anno 1641. publicatum, & durantibus hifce Tractatibus renovatum, plenoque vigore permisum, ad ditiones terrasque suas & bona, tam quoad Ecclesiastica quam quoad Politica, omniaque inde dependentia, sive allodialia sive feudalia sint, plenissimo jure restituantur, & cum omnibus dignitatibus, honoribus, immunitatibus, juribus, actionibus, oneribus, activis & passivis, in eum prorsus statum collocentur, quo antehac, scilicet Anno 1624. quacunque anni parte fuerunt; dummodo dicta Domus Hasso-Cassellana, & dicta Landgravia Sacrae Cæsareae Majestati debitam obedientiam & fidelitatem præstet, Eidem Ejusque Domui Austriae, cœterisque Imperii Statibus & Ordinibus utriusque Religionis, ea omnia restituantur, quæ durante hoc bello, per militiam Hasso-Cassellanam eisdem erupta & occupata sunt, nulla reservatione, limitatione, vel exceptione negotiorum vel personarum in contrarium, vel obstante actione valirura, nullisque obstantibus Repressaliis, Confiscacionibus, Proscriptionibus, Rebus Judicatis, Transactionibus, atque aliis actibus præteritis, qui quidem occasione præsentis belli intercesserunt.

2) Ad *Secundum* dicunt, Domui Cassellanae præcedenti concessione satis superque cautum, nec eam salva iustitia à Cæsarea Majestate aut reverentia, quam Domus Cassellana Eidem debet, latius extendi posse.

3) Ad *Tertium*, permittit Imperator, ut Abbatia Hirsfeldensis apud domum Hasso-Cassellanam permaneat, conditionibus infra dicendis.

4) Ad *Quartum*, admittit pariter eandem in participationem Pacis Religionis Anno 1555. erectæ, novæque in præsenti Congressu defuper erigendæ Con-

1647. Conventionis & declarationis, cum omnibus Immunitatibus, Juribus, Privilegiis & gratiis, inde ceteris quoque Imperii Ordinibus competentibus. 1647.  
Febr. Febr.

5) Ad *quintum*, confirmabit Imperator Confraternitatem & Unionem inter Domum Saxoniam & Hassiacam, tum & Brandenburgicam, nec non Pacta Primogenituræ, & quæ cum Domo Hanovica inita dicuntur: modo Sacra Cæsarea Majestas de Interessatorum consensu cum debita reverentia hoc nomine adeatur.

II. Quæ deinde Postulata, ad res & controversias Domus Cassellanæ cum singularibus Imperii Principibus & Statibus intercedentes, pertinent; Cæsareani declarant, circa causam *Successionis Marburgensis & Comitum Waldecks*, Cæsaream Majestatem, jus Partibus, Sententiis publicè latis ac iuratis Transactionibus acquisitum, absque manifesta justitiae lassione, nec auferre, nec etiam quidquam nisi de Partium libero consensu, statuere posse. Si tamen ad conditions hoc nomine scorsim proposita in amicabilem cum Darmstadin transire velint Transactionem Cassellani, non gravabuntur Cæsareani, boni publici & amicitiae inter utramque Domum reconciliandæ causa, etiam suas interponere partes. Quod vero ad terras & pecunias, quas à Dominis Electoribus Moguntino & Colonensi; itemque Abbatie Fuldenfi sibi cedi postulat Domus Cassellana; cum hujusmodi postulationes nullo plane jure nitantur, & Amnestia inter universos Imperii Ordines sanctæ, imo Paci Religiose Anno 1555. eretæ (in cuius participationem Domus Cassellana suscipi postulat) è diametro contrariae sint; ideo Cæsarea Majestas reclamantibus dictis Dominis Electoribus & Principibus, nulla ratione consentire potest, ut ejusmodi terræ ulterius, quoconque tandem modo, detinentur, multo vero minus, ut perpetua alienatio in Domum Cassellanam transferatur.

Si tamen Domus Cassellana, prout justitia requirit, terras in quinto Articulo enumeratas, suis pristinis possessoribus restituat; Imperator permittit, ut dicta Domus supradictam Abbatiam Hirsfeldensem, falsis iis, quæ in compositione Gravamintum de ejusmodi bonis Ecclesiasticis convenientur (quamvis alias Domus Hasso-Cassellana non plus juris, quam Domus Darmstadiana aut quivis alius Augustanæ Confessionis Status in eam habet) sibi retineat, cum omnibus appertinentiis, in perpetuum.

Præterea permittit Imperator de consensu eorum, quorum interest, ut jura, quæ ratione Directi Dominii in quasdam Comitatus Schaumburgensis Praefecturas, nimirum Rotenburg, Arnsburg & Hagenburg, Episcopatus Mindanus habet, transeant per cessionem in Domum Cassellanam. Denique eti militi Hasso-Cassellano plane nulla debeatur satisfactio, quin imo eo nomine Statibus per Westphaliam, praesidiis talibus oppressis, justa repetundarum actio competere; tamen Imperator consentit, ut pro meliori pacis publica stabilimento, Landgraviæ pro omnibus reliquis prætensionibus ex locis contributioni ejus suppositis, semel pro semper pendantur decenta thalerorum Imperialium millia, tempore, loco, modis & conditionibus desuper convenientis. Datum Osnabrück, d. <sup>16</sup> Februarii 1647.

### §. III.

So waren auch die Hessen-Cassel-chen geschehenen Declaration ebenfalls  
Der Cassel- sche Gesandten mit dieser der Kaiserlich keineswegs zufrieden, sondern beharren  
schen Gegen- auf  
Antwort. Vierter Theil. H h